

alia partium contraheret vel faceret quo ius modo vel in re in iudicio vel extra pena in dicta transactione inserta solui debere parti non contrahenti et super predictis vicarius potestatis sua auctoritatem interposuit et decretum quinimo et sic pronunciauit de consensu partium predictarum que pronuntiatio multum operatur et pro observatione predictarum dicti transigentes obligauerunt se et eorum heredes et bona et quoslibet habentes cum a predictis ut oia hec et singula colliguntur euidenter ex instrumento transactionis predictae in uer. promittentes cum obligatio ne oiam suorum bonorum cum hypotheca et cetera usque in fide transactionis. Constat autem contra dictam transactionem tam sollemniter celebratio nemini et contra fieri per sollicitationem actum per quem opponat querela aduersus ipsam transactionem sicut fuit in themate preassumpto casus est. C. de tras. si quis maior. Nec ob. si dicat quod lex illa loquitur in transigente aut aliter pacifcente qui iuravit non contraheret per in tex. ibi eas ante inuocato dei omnipotentis nomine eo auctore solidantur et cetera que quidem uerba personalia sunt et in personam scripta solum iuramentum uenotia unde non uidentur porrigi ad heredem qui non iuravit. ff. de uis. et vi ar. l. i. §. deiecit per glo. in l. aut qui aliter. §. si. ff. de uis. et clam. ff. ad l. acquil. l. qua actio. ne. §. p. inde et §. celsus ait per bar. ff. de adul. Nec uerba dispositio enim personalis personam non egreditur ut. l. si uis. §. ante omnia. ff. de pac. et in. c. privilegium personale de regulis iur. li. vi. Et potissime hoc debemus attendere in personalibus que propter sui odium naturaliter restringuntur ut. ff. de pe. l. interpretatione pro hoc facit urgentissima ratio quia heres iurantis ueniens contra iuramentum defuncti non dicitur periurus et ideo pena periurii non incurrit et per consequens non infamat ex huiusmodi contrahere ut. C. de re. cre. l. generaliter in principio et ibi per bar. Quia igitur. d. l. si quis maior infamie pena irroget que solet ex periurio incurri et in heredem non cadit periurium non uidebitur. l. statuta ad heredem extendi sed solum iuramentum afficere. Quia si tenor dicti instrumenti diligenter ponderet dicti transigentes sub hypotheca oiam bonorum per se et eorum heredes obligauerunt non conuenire. Unde incipere potest obligatio etiam penalis ab heredem huiusmodi defuncti non interuenit neque pena incurritur ut. ff. de uer. obli. l. stipulatio ista in prin. eo. ti. et l. eadem. §. cato uer. quod in illa stipulatione et. C. ut actioes ab heredem et contra heredem l. unica. Quinimo et si heredum mentio facta non sit tamen ex quo obligatio non fieri in persona defuncti contracta est illa eadem in heredem descendit quantumcumque penalis ut. d. §. cato et l. i. §. i. et §. item si in facio eo. ti. Regulariter enim omnes obligationes ex contractibus descendentes sunt perpetue et transitorie in heredem insi. de perpe. et tem. acti. in prin. nec mirum quia heredes defunctorum uice funguntur et cedem persone ceduntur ut in cor. de iure iuran. amoz. prestiti. in prin. Unde dispositio personalis personam egredi non uidebitur per transitum in heredem et sic non ob. §. ante omnia cum similibus superius incontrariis al legatis et infamia que contrahit ueniendo contra transactionem ex solo periurio non incurrit sed ex eo quod uenit per transactionem nullo cogente imperio celebratam et corporali iuramento uallata quod quidem contrahere uniformiter cadit in defuncto et eius heredem huiusmodi non ipsam periurare. Concedo igitur de plano quod infamia non incurritur ratione periurii per heredem sed ex eo quia contrahitur ita enim obligat iuramentum heredem sicut defunctum quod apparet quod utriusque contra ipsam iuramentum uenire est pariter interdictum ut in. d. ti. de iure iura. amoz. prestiti. et. C. de pba. ante. quod obtinet que inde sumpta est. Concludo igitur ex premissis ex stipulatione promissa penam incurri illam et per hoc permissum ad scdm dubium. l. quod per registrationem factam ad instantiam. d. b. de mandato iudicis supradicti similiter pena esset incurra etiam si idem b. non supplicasset sed alius nam petendo ipsam registrarum inter cartularia et interpellando iudicem super hoc non est dubium quod fit contra transactionem predictam contra quam partes nullo modo uel ingenio uicifim facere promissum ferunt ut. d. l. si quis maior huiusmodi igitur cum quis promittit controuerfiam non mouere uel non petere uel querimoniam aut querelam non exponere aut in ius non uocare aut habere licere requiratur saltem citatio et in aliquo casuum predictorum contestatio ut probat ex coniunctione legum. ff. de p

cur. l. non solum. §. si status est gl. C. de tras. l. causas coniecta glo. ff. de in ius uo. l. quesitum coniecta glo. et l. libertus in glo. ij. e. ti. et ff. rez. ra. ha. l. amplius non peti et. C. si. regu. l. si quis sup iure et ff. de uer. ob. l. stipulatio ista et d. bo. li. l. qui cum maior. §. accusasse et l. in seruitem. §. petisse eo. ti. tamen cum quis promittit non contrahere significatum horum uerborum tam est latum et pingue quam verificatur per solam interpellationem iudici factam huiusmodi nulla citatio emanauerit in. d. l. si quis maior ubi est casus ad litteram et hoc de primo et secundo. Descendamus igitur ad tertium in per quo dicamus non esse penitentiae locus propter duo. primo quia mora in faciendo commissis non purgatur quo ad emutationem pene conuentionalis iam contracte ut. ff. de po. §. i. §. si rem et ff. de uer. ob. l. seruim. §. sequitur. i. re sponso et in. x. collu. quid iuris sit si ual. feu. quod alie. re. de. c. i. et ff. de uer. ob. l. cum filius. §. in hac. et hanc opt. tenuit Ange. de pis. idem tenuit Bar. ff. de uer. obli. l. si insalam cum limitatione hac uidelicet si factum per quem contra fit est momentaneum ut in nostro proposito secus autem si habeat causam successiuam quae tunc more purgationis admittit per. l. si in. l. §. colonus. ff. loca. saluo nisi purgatio sit ualde sera. Sed glo. in. l. habere licere de enic. cuius ipse non habuit recordum tunc tenet etiam ubi habet causam successiuam quam non admittitur purgatio more. et hoc credo uerum in contractibus stricti iuris sed in bonafidei forsitan opt. Bar. bona est ubi nullum interesse pretenditur ex eo quod mora purget et ita potest intelligi. d. §. colonus potest etiam intelligi quod ibi mora fuit commissis negligendo quod locator uoluit conductorem in possessionem rei locate inducere ut frui possit et ista solutio est magis tuta. Nec obstat quod in multis casibus locus est penitentiae etiam cum pena est commissis propter maleficiam qui casus ne. in. aug. nono iure. C. de pe. in. qui male in di. Omnes enim illi casus speciales sunt de pena legali loquuntur. Secundo probatur quod non habet locum purgatio neque penitentia quae pene que infliguntur per. d. l. si quis maior infliguntur ipso iure non per sententiam. Constat autem post executionem penarum purgationi aut penitentiae locum non fore ut. l. si is cui. ff. de lega. ij. et Bar. hoc tenet in terminis in. d. l. si maior circa finem. Super quarto magnum est dubium pro cuius euidentia prius nos intelligere oportet quod dicatur factum diuiduum et quod indiuiduum ut sic possumus inspicere an pena necessario committitur insolidum ratione indiuiduitatis obligationis premittitur et quando pro parte uentum est contra eo quod pro parte potest contraheri propter diuiduitatem obligationis predictae super quo hec doctrina traditur a nostris maioribus quod illud factum dicitur diuiduum quod tantam utilitatem affert in parte habita consideratione ad totum quantum affert in toto ad ipsum totum et econuerso illud factum dicitur indiuiduum quod non affert tantam utilitatem in parte obseruata quo ad ipsam partem affert obseruantiam ipsius in toto et quo ad totum ut. d. §. cato ubi est casus subtiliter inuenti quam doctrinam sequitur Bar. et bene in. d. §. cato in. ij. q. versi. p. terea hoc probatur per rationem et c. Hoc premissis uidentur est an obligationes non faciendi quibus dicti transigentes et eorum heredes astricti fuerunt et sunt contineant quid diuiduum uel indiuiduum et si bene consideramus ipsi transigentes astricti sunt mutuo et uicifim ad non ueniendum contra dictam transactionem uel contenta in ea et ipsa transactionem perpetuo firmam et ratam habere et tenere sub penis legalibus quam conuentionalibus in eadem iheris constat autem obseruantiam ueductorum in parte diuidua afferre emolumentum non totale in ipsa parte diuidua et contrafacere afferre detrimentum totale in dicta parte diuidua in qua contrahitur ita quod nec minus commodum uel incommodum affert obseruantia nisi contrafactio in parte respectu ipsius partis quam affert obseruantia uel contrafactio totius quo ad ipsum totum et quod ipsum non uenire contra ipsum ratam habere et ipsum non agere sunt diuidua est casus in terminis in. d. §. cato et hoc intelligo uerum in. q. proposita et omni alia consimili in qua id ratum debet haberi id debet obseruari et contra id non debet ueniri quod sui natura diuiduum non recipit prout sunt mobilia et imobilia hereditario uel non hereditario iur. fungentia quae quidem habere pro parte partem totalem respectu partem solidam affert comoditatem et ipsam habere uel non habere in totum totale similiter afferunt comodum.